




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Norbertus Archiep. Defensio mysterii Eucharistici.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



S. NORBERTUS ARCHIEP.

Defensio mysterii Eucharistici.

Deus, qui B. NORBERTVM, Sacramen-
tium admirabilis vindicem, Antver-
piensibus fieri voluisti; tribue quæsu-
mus, ut quod olim potuit in terris mo-
riturus, nunc è cælo efficiat immor-
talis.

Ora pro Ordine Premonstratensio



gundia
ontio-
u sic se
electo-
e cælo
etuens
Retra-
Conci-
Eccle-
ns, in
rium se
x annis
am ele-
s com-
tiplici-
multo
n ut S.
sit. In-
43 so-
scripta
e, quo-
tis San-
rancisci
tis col-
ade, re-

NORBERTVS, Sanctis in Clivia natus, Nejusdem loci Canonicus erat, quando ad Sauli modum dejectus ut surgeret anno 1115, totum se dedit verbo Dei prædicando; accepta ad id ampla, primum à Gelasio II, tum à Calixto II facultate. Eum in Remensi Concilio cognitum secum deduxit Bartholomeus Laudunensis Episcopus. Ab hoc donatus Præmonstrato, & Clericis ad 40 ascitis auctus, Ordinem ibi suum instituit, sub habitu candido & S. Augustini regula: qui mox in plures Abbatias propagatus, etiam Antverpiæ radices egit, post Sacramentariam impuri Tanchelini hæresim ibi extirpatam anno 1122. Quadrienno post omnia confirmavit Honorius II, & Sanctus Spiræ electus est Magdeburgensis Archiepiscopus. Romam deinde abiit cum Lothario Rege & Innocentio II; indeque schismate extincto regressus, obiit 1135, 6 Junii, quo etiam Romana Ecclesia colendum suscepit. Ordo vero suus eum colit 11 Julii, ex speciali Sedis Apostolicæ indulto. Pragenses etiam Dominica 4 Paschali, qua an. 1627 festivissime celebrata est sacri corporis Translatio.

*Nisi manducaveritis carnem filii hominis
... non habebitis vitam in vobis. Joan. 6.*